



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXXVI. De manifestatione Christi nati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

uiauit iubens vt reuertatur, & Romae sedes apostolica stabilirur, dum dixit, Venio Romam iterum crucifigisti enim Petrus alibi sedem elegisset, non Romae, sed in loco illo ubi postremo sedisset, caput Ecclesiae fuisset. Et sicut nunc non Antiochena, sed Romana ecclesia caput est, quia Romanus Pontifex successor est Petri: similiter in illo casu, non Romanus, sed illius alterius loci Pontifex successor fuisset Petri, ac Christi vicarius. Ipse ergo Christus precipiendo regressum, & crucem Romae statuit caput Ecclesiae, quocirca non potest humana auctoritate mutari, & fieri vt alius quam successor Petri Romanus Pontifex sit caput Ecclesiae.

Super Quaestione trigesima quinta Arianum octauum.

Titulus clarus. In corpore vnicam est conclusio. Christus conuenientissimo tempore est natus, probatur: Christus tamquam dominus & conditor omnium temporum, elegit sibi tempus, quo nasceretur, ergo conuenientissimo tempore natus est. Antecedens manifestatur dupliciter, primo, ex differentia inter Christum, & alios homines. Secundo, ex simili, quia elegit sibi & locum & matrem. Consequenter probatur, quia quae a Deo sunt ordinata sunt, & conuenienter disposita. Vbi nota, quod plus inferatur quam probetur, propter materiam & eius claritatem: probatur enim quod conuenienti tempore, inferatur autem, quod conuenientissimo tempore: quia si omnia a Deo sunt conuenienter disposita, ea, quae sunt circa personam ipsius Dei personam, oportet conuenientissime esse disposita. Et hoc clarum erat, quia de ipso Christo est sermo in conclusione.

ostenderet in ipsa Roma, quae caput mundi erat, etiam caput Ecclesiae suae statuit, in signum perfectae victoriae, vt exinde fides derivaretur ad vniuersum mundum, secundum illud Isa. 26. Ciuitatem sublimem humiliabit, & conculcabit eam pes pauperis, scilicet Christi, gressus egenorum, id est, Apostolorum Petri & Pauli.

ARTICVLVS VIII.
Vtrum Christus fuerit tempore congruo natus.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit congruo tempore natus. Ad hoc n. Christus venerat, vt suos in libertatem reuocaret. Natus est autem tempore seruitutis, quo. scilicet totus orbis praeccepto Augusti describitur, quasi tributarius factus, vt habetur Luc. 2. ergo videtur quod non congruo tempore Christus fuerit natus.

¶ 2 Præter. Promissiones de Christo nascituro gentibus non fuerant factae, secundum illud Rom. 9. Quorum sunt promissa: sed Christus natus est tempore, quo rex alienigena dominabatur: sicut pater Mar. 2. Cum natus esset Iesus in diebus Herodis regis. ergo videtur quod non fuerit congruo tempore natus.

¶ 3 Præter. Tempus praesentiae Christi in mundo diei comparatur, pp id, quod ipse est lux mundi: vnde ipse dicit Io. 9. Me oportet operari dies est: sed in aestate sunt dies longiores, quod in hyeme. ergo cum natus fuerit in profundo hyemis. i. 8. Calendas Ian. videtur quod non fuerit conuenienti tempore natus.

SED CONTRA est, quod dicitur Galat. 4. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.

RESPON. Dicendum, quod haec est differentia inter Christum & alios homines, quod alij homines nascuntur subiecti necessitati temporis: Christus autem tamquam dominus & conditor omnium temporum elegit sibi tempus, in quo nasceretur, sicut & matrem & locum. Et quia quae a Deo sunt, ordinata sunt, & conuenienter disposita, consequens est, quod conuenientissimo tempore Christus nasceretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus venerat nos in statu libertatis reducere de statu seruitutis. Et ideo sicut mortalitatem nostram suscepit, ut nos ad

F vitam reduceret, ita (vt Beda dicit) eo tempore dignatus est incarnari, quo mox natus, censu Caesaris ascriberetur atque ob nostri liberationem ipse seruitio subderetur. Tempore est illo, quo totus orbis sub vno principe vivebat, maxima pax fuit in mundo, & ideo decebat, vt illo tempore Christus nasceretur, qui est pax nostra faciens utraq; vnum, ut dicitur Ephes. 2. Vnde Hiero. dicit super Isa. Veteres si reuoluamus historias, inueniamus usque ad vigesimum octauum annum Caesaris Augusti, in toto orbe terrarum fuisse discordiam: orto autem Domino, omnia bella cessauerunt, secundum illud Isa. 2. Non leuabit gens contra gentem gladium, Congruerat etiam, ut in illo tempore, quo unus princeps dominabatur in mundo, Christus nasceretur, qui uenerat congregare suos in unum, vt esset vnum ouile & vnus pastor, ut dicitur Ioan. 10.

AD SECVNDVM dicendum, quod ideo Christus, regis alienigenae tempore nasci voluit, ut impleretur propheta Iacob dicentis Gene. penulti. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est: quia vt Chryso. dicit super Marth. quandiu iudaica gens sub iudaicis regibus, quamuis peccatoribus, tenebatur, prophetae mittebantur ad remedium eius: nunc autem quando lex Dei, sub potestate regis iniqui tenebatur, nascitur Christus: quia magna & deseparabilis infirmitas, medicum artificiosum quarebat.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dicitur in lib. 7 de q. vet. & noui Testa. tunc Christus nasci voluit, quando lux diei crementum incipit accipere, vt ostenderetur, quod ipse uenerat, ut homines crederent in lucem diuinam, secundum illud Luc. 1. Illuminare his qui in tenebris, & umbra mortis sedent. Similiter etiam asperitatem hyemis elegit ad natiuitatem, ut ex tunc carnis afflictionem patere tur pro nobis.

QVAESTIO XXXVI.
De manifestatione Christi nati, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de manifestatione Christi nati.

Et Circa hoc quaeruntur octo.

¶ Primo. Vtrum natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.

¶ Secundo. Vtrum debuerit aliquibus manifestari.

¶ Tertio. Quibus manifestari debuerit.

¶ Quarto. Vtrum debuerit ipse se manifestare, uel potius manifestari per alios.

¶ Quinto. Per quae alia manifestari debuerit.

¶ Sexto. De ordine manifestationum.

¶ Septimo. De stella per quam manifestata fuit eius natiuitas.

¶ Octauo. De ueneratione Magorum, qui per stellam, Christi natiuitatem cognouerunt.

Titulus clarus. In corpore vnicam est conclusio: Natiuitas Christi non debuit esse communiter omnibus manifesta. Probatur tripliciter, primo ex mysterio passionis impleto: secundo, ex fidei merito: tertio ex humanitatis assumptione testificanda ueritate. Claraque sunt omnia, nisi quod secunda ratio non caret scrupulo: quia aut est sermo de Christi natiuitatis manifestatione per uisionem, aut per attestationem. Si enim est sermo de manifestatione per uisionem, tolleretur proculdubio meritum fidei: quia tolleretur ipsa fides respectu uisi: nemo enim credit quod uidet. Sed hinc sensus obstat: quia manifestatio negata omnibus est.

Supra...
Sept...
Luc...
Mat...
Ioan...
Act...
1 Cor...
2 Cor...
Gal...
Eph...
Col...
1 Tim...
2 Tim...
Tit...
Phil...
1 Pet...
2 Pet...
1 Ioh...
2 Ioh...
3 Ioh...
Iude...
Apoc...

est facta quibusdam, puta, pastoribus, & Magis, quibus non per visionem, sed per attestacionem angelorum & stelle manifestata est Christi natiuitas. Si vero est sermo de manifestatione per attestacionem, non sequitur quod tollatur meritum fidei: & fallio in litera diceretur, si manifestis iudicijs, Christo nascente, eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur ratio fidei.

ARTICVLVS I.

Utrum natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.

AD PRIMVM sic procedit.

Videtur quod Christi natiuitas debuerit esse omnibus manifesta. Impletio enim, promissioni debet respondere: sed de promissione aduentus Christi dicitur Psal. 49. Deus manifeste ueniet. Venit autem per carnis natiuitate. ergo uideretur, quod eius natiuitas debuerit esse toti mundo manifesta.

¶ 2 Præter. Prima ad Tim. i. dicitur, Christus in hunc mundum uenit patres saluos facere: sed hoc non fit, nisi in quantum eis gratia Christi manifestatur, secundum illud Tit. 2. Apparuit gratia Dei & saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobrie, & pie, & iuste uiuamus in hoc sæculo. ergo uideretur quod Christi natiuitas debuerit esse omnibus manifesta.

¶ 3 Præter. Deus super omnia prior est ad miserendum, sicut illud Psal. 144. Misericordias eius super omnia opera eius: sed in secundo aduentu, quo iustitias iudicabit, ueniet omnibus manifestus, secundum illud Matth. 24. Sicut fulgur exit ab oriente, & pariter usque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. ergo multo magis primus, quo natus est in mundo, secundum carnem, debuit esse omnibus manifestus.

SED CONTRA est, quod dicitur Ier. 45. Vere tu es Deus absconditus, sanctus Israel saluator. Et Isai. 53. Quasi absconditus est uultus eius & despectus.

RESPON. Dicendum, quod natiuitas Christi non debuit esse communiter omnibus manifesta. Primo quidem, quia per hoc impedita fuisset humana redemptio, quod per crucem eius peracta est: quia, ut dicitur I. ad Corin. 2. Si cognouissent, numquam dominum gloriæ crucifixissent. Secundo, quia hoc diminuisset meritum fidei,

quod ad euidenciam, tolleretur totaliter fides: hoc enim ostendit manifestationem talem esse propinquam manifestationi euidenciam, ac per hoc diminueret meritum fidei, utpote propinquam tollenti totaliter fidem: propinquam enim calido est tepidum. Unde in illa conditionali, si manifestis iudicijs Christo

nascente, eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur ratio fidei, loquitur de iudicijs ita manifestis, ut natiuitatem Christi redderent apparentem, hoc est euidenciam: sic enim fides est argumentum non apparentium, hoc est non euidencium. Duplicia siquidem possunt esse iudicia rem: quedam reddentia rem illam credibilem, & inter hæc est magna latitudo, & in hoc genere sunt omnia testimonia, siue Angelorum, siue miraculorum, siue hominum, nec non ipsius Dei, si ultra attestacionem non proceditur, & sic fuit manifestata Christi natiuitas sicut prædictis: quedam uero sunt iudicia rem sic, quod reddant illam euidenciam, ut in demonstratiuis effectibus per discursum demonstrationum indicari causam: reddit enim illa euidenciam notam, & in diuinis luminibus clarior menti Angelicæ, uel humanæ insulsum tollit fidem respectu illius. Prima autem iudicia, quando sunt manifesta, ut per miracula & angelos &c. licet non tollant, minuit tamen meritum fidei per propinquitatem ad apparentiam: quod ex eo potest percipi quod Dominus Thomas dixit, itaquam arguens ipsum de talibus iudicijs quod dicit, Quia uisisti. Iudicia manifesta in me, credidisti me Deum, &c. & commendando ab opposito aliorum fidem subdidit: Beati qui non uiderunt & crediderunt: nunquam enim dominus ex opposito commendasset credentes qui non uiderunt, nisi ipsum uiderent minueret meritum credendi. Et si inuestitur, ergo Magi & pastores minus meruerunt credendo, respondetur, quod quantum est ex parte manifestationis, minus meruerunt credendo, hoc est minore occasione merendi in credendo habuerunt: sed cum hoc fiat, quod magis meruerunt credendo ex parte ipsorum credendum. Et hoc ponderatur, quia meritum ex parte merentis maxime pensatur. Cum hoc quoque fiat, quod licet et nihil mereretur credendo natiuitatem Christi, puta, si uisissent: atamen multo plus meruissent amando, quam alij credendo & amando, propter maiorem dilectionem ex uisu, quam ex fide productam.

per quam uenerat homines iustificare, secundum illud Ro. 3. Iustitia Dei, per fidem Iesu Christi. Si enim manifestis iudicijs Christo nascente eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur ratio fidei, quæ est argumentum non apparentium, ut dicitur Heb. 11. Tertio, quia per hoc uenisset in dubium ueritas humanitatis ipsius, unde Augustinus dicit in Epist. ad Volu. Si nullas ex paruulo in iuuentutem mutaret atates, nullos cibos, nullos caperet somnos, nonne opinionem confirmaret erroris, nec hominem uerum nullo modo suscepisse crederet, & dum omnia mirabiliter facit, auferret quod misericorditer fecit?

AD PRIMVM ergo dicendum, quod auctoritas illa intelligitur de aduentu Christi ad iudicium, secundum quod glossa ibidem exponit.

AD SECUNDVM dicendum, quod de gratia Dei saluatoris erudienti erant omnes homines ad salutem, non in principio natiuitatis eius: sed postea tempore procedente, postquam operatus est salutem in medio terre. Unde post passionem & resurrectionem suam dicit discipulis suis, Matth. 28. Euntes docete omnes gentes.

AD TERTIUM dicendum, quod ad iudicium requiritur quod auctoritas iudicis cognoscatur, & per hoc oportet, quod aduentus Christi ad iudicium sit manifestus: sed primus aduentus fuit ad omnium salutem, quæ est per fidem, quæ quidem est de non apparentibus. & ideo primus Christi aduentus debuit esse occultus.

ARTICVLVS II.

Utrum natiuitas Christi debuerit aliis quibus manifestari.

AD SECUNDVM sic procedit. Videtur quod natiuitas Christi nulli debuerit manifestari: quia ut dictum est, hoc erat congruum humane salutis, ut primus Christi aduentus esset occultus: sed Christus uenerat, ut omnes saluaret, secundum illud I. ad Tim. 4. Qui est saluator omnium, maxime fide-

do & amando, propter maiorem dilectionem ex uisu, quam ex fide productam.

¶ Super Questionis trigemesime sextæ, Articulum secundum. Titulus clarus est. ¶ In corpore una conclusio: Natiuitas Christi debuit quibusdam

Est epist. 3. non multum remore ante med. co. 3.

Art. præced. ad 3. arg.

¶ In illa

Ad hoc dicitur, quod sermo literæ est de manifestatione tali, qualis facta est pastoribus, Magis, Simeoni & Anna, & pastoribus quibusdam & Magis, nullam collat manifestationem factam nisi ad rationem: Angeli enim testificati sunt ad pastores, & stella ad magos, Simeon autem & Anna qualis fuerit reuelatio facta, (an scilicet, testificatiua tantum, an illuminatiua ad uidentium) licet in Euangelio non scribantur: ex ipso tamen inferuari uidetur, quod testificatiua tantum fuerit: quoniam ultra promissionem Christi domini, inspiratio de scribitur impulsoria ad uidentium corporibus oculis Christi, cum dicitur quod Simeon in spiritu uenit in templum, & minus de Anna dicitur, ut patet in textu euangelij. Et propterea in conclusione istius articuli sermo est de manifestatione per attestacionem talem, qualis facta creditur pastoribus, Magis, Simeoni, & Anna: intenditque Auctor, quod non debuit Christi natiuitas, manifestari sic omnibus. Et secunda ratio non tendit ad hoc, quod talis manifestatio absululisset meritum fidei: sic enim in litera dicitur, quia hoc diminuisset meritum fidei, probatur autem in litera, quod talis manifestatio facta omnibus diminuisset meritum fidei, ex hoc quod manifestatio faciens euidenciam tollit totaliter fidem: tamquam si dixisset, signum quod talis manifestatio minueret fidem, est, quia si manifestatio creuisset usque ad euidenciam, tolleretur totaliter fides: hoc enim ostendit manifestationem talem esse propinquam manifestationi euidenciam, ac per hoc diminueret meritum fidei, utpote propinquam tollenti totaliter fidem: propinquam enim calido est tepidum. Unde in illa conditionali, si manifestis iudicijs Christo

Hom. 1. Mat. 28. imp. nosse a p. co. 2.

In lib. 9. et no. 22. q. 2. in fine. De us. certe. re. f. 2. q. 2. tom. 4. in opera Aug.

busdam manifestari. Probat. Ad diuinæ sapientia ordinē pertinet, vt Dei dona, & secreta non equaliter ad omnes, sed immediate ad quosdam & per eos ad alios deriuentur, ergo in mysterio natiuitatis hoc debuit obseruari. Antecedens declaratur ex auctoritate Actuum 10. de mysterio resurrectionis Christi. Cōsequētia probatur ex auctoritate ad Ro. 3. Omnia ex se & antedictis sunt clara.

In responsione ad tertium, de morte innocentium ab Herode, habes etiam gentiliū testimoniu. Macrobius enim in Saturnalibus narrat Augustum audita talium nece, dixisse. Mallem porcus, q̄ filius fuisse Herodis: fuit enim et unus infans Herodis filius cum aliis interfectus: porcos autem iudaei nō interficiūt, quia non vescuntur carne iustia. Est enim hoc velut testimoniu ab hostibus de aduentu Magorū ad querendum Christū natum.

lium, ergo natiuitas Christi nulli debuit manifestari.

¶ 2 Præ. Ante natiuitatem Christi, manifestata erat beatae Virgini & Ioseph futura Christi natiuitas. non ergo erat necessarium Christo nato, eandem aliis manifestari.

¶ 3 Præ. Nullus sapiens manifestat id, ex quo turbatio nascitur, & detrimentum aliorum: sed manifestata Christi natiuitate, subsecuta est turbatio. dñ enim Matt. 2. q̄ audiens Herodes Christi natiuitatem, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Cessit et hoc in detrimentum aliorum, quia ex hac occasione, Herodes occidit pueros in Bethleem, & in omnibus finibus eius, a bimatu, & infra. ergo videtur q̄ non fuerit conueniens Christi natiuitatem, aliquibus manifestari.

SEDE CONTRA est, quod Christi natiuitas nulli fuisset proficua, si omnibus esset occulta: sed oportebat Christi natiuitatem esse proficua: alioquin frustra natus fuisset. ergo videtur q̄ aliquibus manifestari debuerit Christi natiuitas.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut Apostolus dicit Rom. 13. Quæ a

Deo sunt, ordinata sunt. Pertinet autem ad diuinæ sapientia ordinem, vt Dei dona, & secreta sapientie eius, non equaliter ad oēs, sed immediate ad quosdam pertineant, & per eos ad alios deriuentur. Vnde & quantum ad resurrectionis mysterium, dicitur Act. 10. q̄ Deus dedit Christum resurgentem manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinaris a Deo, vnde & hoc etiā debuit circa ipsius natiuitatem obseruari, vt nō omnibus Christus manifestaretur, sed quibusdam, per quos posset ad alios deuenire.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut fuisset in præiudicium salutis humanæ, si omnibus hominibus Dei natiuitas innotuisset, ita etiam, & si nulli nota fuisset. Vtrog; enim modo tollitur fides: tam scilicet per hoc quod aliquid est totaliter manifestum, quam etiam per hoc, quod a nullo cognoscitur, a quo possit testimonium audiri. Fides enim est ex auditu, ut dicitur Roman 10.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ Maria & Ioseph instruendi erant de Christi natiuitate antequā nasceret: quia ad eos pertinebat reuerentiā exhibere p̄li conceptæ in utero, & etiā obsequi nascituræ. Eorū autē testimoniu propter hoc, quod erat domesticū, fuisset habitum suspectū circa magnificentia Christi, & ideo oportuit vt alijs manifestaret extraneis, quorum testimonium suspectum esse non posset.

AD TERTIVM dicendum, q̄ ipsa turbatio subsecuta ex natiuitate Christi manifestata, congruebat Christi natiuitati. primo quidē, quia per hoc manifestatur cœlestis Christi dignitas. Vnde Greg. dicit in *Hom. Cœli rege nato, rex terre turbatus est: quia nimirū terrena altitudo confunditur, cū celsitudo cœlestis aperitur. Secundo, q̄a per hoc figurabatur iudicia-

Homi. 10. in euag. in pri.

ria Christi potestas. Vnde Aug. † dicit in quodam sermone Epiphania. Quid erit tribunal iudicantis, quādo superbos reges cuna terrebat infantis? Tertio, quia per hoc figurabatur deiectio regni diaboli, quia vt Leo Papa dicit in sermone Epiphania. Non tantū Herodes in semetipso turbabatur, quantum diabolus in Herode: Herodes enim terrenum hominem æstimabat, sed diabolus Deum, & verum regni sui successorem timebat, diabolus cœlestem, sed Herodes terrenum. Superflue tamen, quia Christus non venerat regnū in terra habere. Vnde Leo Papa dicit, Herodi loquens. Non capit Christum regia tua: nec mundi dominus, potestatis tue sceptri est contentus angustijs. Quod autem Iudei turbabantur, qui tamen magis gaudere debuerant, aut hoc est, quia, ut Chrysost. * dicit, de aduentu iusti non poterant gaudere iniqui, aut volentes fauere Herodi, quem timebant: populus enim plus iusto fauer eis, quos crudeliter sustinet. Quod autem pueri ab Herode sunt interfecti, nō cessit in eorum detrimentum, sed in eorum profectum. Dicit enim Augustinus in sermone quodam de Epiphania: Absit, ut ad liberandos homines Christus veniens, de illorum premio, qui pro eo interficiuntur, nihil egerit, qui pendens in ligno, pro eis a quibus interficiebatur, orauit.

H ARTICVLVS III.

Utrum sint conuenienter electi illi, quibus est Christi natiuitas manifestata.

Super Questionem trigesima sexie articulum tertium.

Tullius clarus. In corpore vnica est cōclusio sub intellecta, Conuenienter electi sunt illi, quibus est Christi natiuitas manifestata. Probat. Salus futura p̄ Christum ad omnem hominum diuinitate p̄inebat, ergo Christus natus omnibus conditionibus hominum est conuenienter manifestatus, ergo p̄ floribus, Magis, Simeoni, & Anna conuenienter. Antecedens probatur ex auctoritate apostoli. Consequētia probatur, quia hoc. Sicut tot auctoritatem, in Christi natiuitate debuit præfigurari, ut nulla hominum cōditio a Christi salute excluderet. Secunda vero consequentia declaratur, ex sex diuersitatibus inter istos inuentis. prima inter iudeos, & gentiles: secunda inter propinquos & distantes: tertia inter sapientes & simplices: quarta inter potentes & viles: quinta inter peccatores, & iustos: sexta inter mares & feminas. Omnia clara sunt.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur q̄ non sint conuenienter electi illi, quibus est Christi natiuitas manifestata. Dominus enim Matth. 10. Mandauit di seipulis, In viam gentium ne abieritis, vt scilicet prius manifesta rētur iudeis, quā gentibus. ergo videtur quod multo minus a principio fuerit reuelata Christi natiuitas gentilibus, qui ab oriente venerunt, ut habetur Matthæi 2.

¶ 2 Præ. Manifestatio diuinæ veritatis præcipue debet fieri ad Dei amicos, secundum illud Iob 36. Annuntiat de ea amico suo: sed Magi vidētur esse Dei inimici: dñ. n. Leuit. 19. Non declinetis ad magos, nec ab Ariolis aliqd sciscitemini. non ergo debuit Christi natiuitas Magis manifestari.

¶ 3 Præ. Christus venerat totū mundum a potestate diaboli liberare, vnde dicit Malach. 1. Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus. non ergo solum in oriente positus debuit manifestari, sed etiam ubique terrarum.

¶ 4 Præ. Omnia sacramēta veteris legis erāt Christi figura, sed sacra veteris legis dispēlabātur p̄ ministeriū sacerdotū galili. ergo v̄ q̄ magis debuerit Christi natiuitas manifestari sacerdotibus in tēplo, q̄ pastoribus i agro.

¶ 5 Præ.

11a. In Luceus inter illi de Simone, & Anna, etc.

¶ 1. Præ. Chrs ex virgine matre natus est, & ætate parvulus erat. Cõuenientius igitur videtur fuisse, q̃ Christus manifestaret iuuenibus, & virginibus, q̃ senilib; & cõiugatis, vel viduis, sicut Simeoni & Annæ.

SED CONTRA est, qd̃ dicitur Iohan. 13. Ego scio quos elegerim: quæ autem fiunt secundum Dei sapientiam cõuenienter fiunt, ergo cõuenienter fiunt electi illi, quibus est manifestata Christi natiuitas.

RESPON. Dicendum, q̃ salus, quæ erat futura per Christum, ad omnem diuersitatem hominũ pertinebat: quia sicut dicitur Col. 3. In Christo Iesu non est masculus & femina, gentilis & iudæus, seruus & liber: & sic de alijs hmõi. Et vt hoc in ipsa Christi natiuitate præfiguraretur, omnibus cõditionibus hominum est manifestatus, quia ut Aug. * dicit in sermone de Epiphania, Pastores fuerunt Israelita, Magi gentiles, illi prope, illi longe, vtriq; tamen ad angulum lapidem concurrerunt. Fuit etiã inter eos alia diuersitas: nam Magi fuerunt sapientes, & potentes Pastores autem simplices & viles. Manifestatus etiam est iustis, Simeoni & Annæ, & peccatoribus. s. Magis: manifestatus est etiam & viris, & mulierib; , vt per hoc ostenderetur, nullam conditionem hominum excludi a Christi salute.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̃ illa manifestatio natiuitatis Chri, fuit quædam prælibatio plenæ manifestationis, quæ erat futura. & sicut in secundâ manifestatione, primo annũtiata est gratia Christi per Christum & eius apostolos iudæis, & postea gentilibus, ita ad Christum primo, peruenerunt Pastores, qui erant primitiæ iudæorum, tâquam prope existentes, & postea venerũt Magi a remotis, qui fuerunt primitiæ gentium, ut Aug. * dicit.

AD SECUNDVM dicendum, q̃ (sicut Ang. dicit in serm. de Epiph.) Sicut præualet imperitia in rusticitate pastorum, ita præualet impietas in sacrilegijs magorum, vtrorsq; tamen sibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui venit stulta eligere, vt confunderet sapientes, & non vocare iustos, sed peccatores, vt nullus magnus superbiret, nullus infirmus desperaret. Quidam tamen dicunt, q̃ isti Magi nõ fuerũt malefici, sed sapientes Astrologi, qui apud Persas, vel Chaldaeos Magi uocantur.

AD TERTIVM dicendum, q̃ sicut Chryl. dicit, * Ab oriente venerunt Magi, quia vnde dies nascitur, inde initium fidei processit: quia fides lumen est animarum, vel quia oēs qui ad Christum veniunt, ab ipso & per ipsum veniunt, de quo dicitur Zachariæ. 6. Ecce vir, Oriens nomen eius. Dicuntur autem ab oriente, ad literam venisse, vel quia de vltimis orientis partibus venerunt, secundum quosdam, vel quia de aliquibus vicinis partibus iudææ venerunt, quæ tamen sunt regioni iudæorum ad orientem. Credibile tamen est, etiam in alijs partibus mundi aliqua indicia natiuitatis Christi apparuisse, sicut Romæ fluxit oleũ, & in Hispania apparuerunt tres soles, paulatim in vnum coeuntes.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut Chryl. dicit, Angelus manifestans Chri natiuitatem, nõ iuit Hierosolymã, non requisit scribas & phariseos: erant enim corrupti & præ inuidia cruciabantur: sed pastores erant sinceri antiquam conuersatione patriarcharum & Moyli colentes. Per hos etiam pastores significabantur doctores Ecclesiæ, quibus Chri mysteria reuelantur, quæ latebant iudæos.

AD QVINTVM dicendum, quod sicut Ambro. * dicit, generatio domini non solum a iuuenibus: sed

A etiam a senioribus & iustis accipere debuit testimonium, quorum etiam testimonio propter iustitiã, magis credebatur.

ARTICVLVS III.

¶ *trum Christus per seipsum natiuitatem suam manifestare debuerit.*

AD QVARTVM sic procedit. Videtur q̃ Christus per se ipsum natiuitate suam manifestare debuerit. Causa n. quæ est per se, semper est potior ea, quæ est per aliud, ut dicitur in 8. Physic. * sed Chrs suam natiuitate manifestauit per alios, puta Pastores, per angelos, & Magis per stellã, ergo multo magis per seipsum debuit suã natiuitate manifestare.

¶ 2. Præ. Eccles. 20. dicitur, Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in utrisque? Sed Chrs a principio sue conceptionis plene habuit sapientiã & gratiã thesaurum. nisi ergo hæc plenitudinẽ manifestasset per opera & verba, fuisset frustra ei data sapientia & gratia, quod est inconueniens, quia Deus & natura nihil frustra facit, ut dicitur in 1. de Cælo. *

¶ 3. Præ. In lib. de infantia Saluatoris legitur, quod Chrs i sua pueritia multa miracula fecit, & ita videtur quod suam natiuitatem per seipsum manifestauerit.

SED CONTRA est, quod Leo papa dicit, ¶ quod Magi inuenerũt puerũ Iesum nulla ab humana infantia generalitate discretum: sed alij infantes non seipsum manifestar. ergo neq; decuit, quod Christus per seipsum suam natiuitatem manifestaret.

RESPON. Dicendum, quod natiuitas Chri ad humanã salutem ordinabatur, quæ quidẽ est per fidem: fides autem salutaris, diuinitatẽ, & humanitatẽ Christi confiteretur. Oportebat igitur ita manifestari natiuitatẽ Chri, vt demonstratio diuinitatis eius, fidei humanitatis ipsius nõ præiudicaret. Hoc autẽ factum est, dum Christus in seipso natiuitatem similem infirmitati humanæ exhibuit, & tamen per Dei creaturas diuinitatis uirtutem in se monstrauit, & iõ Christus non per seipsum suam natiuitatẽ manifestauit, sed per quasdam alias creaturas.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in via generationis & motus, oportet per imperfecta ad perfectum perueniri, & ideo Christus prius manifestatus est per alias creaturas, & postea manifestauit se per seipsum manifestatione perfecta.

AD SECUNDVM dicendum, q̃ licet sapientiã abscondita sit inutilis non tñ ad sapientem pertinet, ut quolibet

¶ *Super Questionis trigesima sexta Articulus quartus.*

Tulius clarus est.

In corpore vnicã conclusio, Christus non per seipsum, sed per alias creaturas suam natiuitatem manifestare debuit.

Probatur, Natiuitas Christi ordinata est ad humanam salutem per fidem, ergo oportebat ita manifestari, ut fides deitatis, fidei humanitatis non præiudicaret, ergo nõ per seipsum, sed per alias creaturas debuit manifestari. Prima consequentia probatur, quia fides salutaris est circa utramque, scilicet deitatem, & humanitatem Christi. Secunda probatur, quia fides humanitatis fit, dum Christus in seipso humanitatem inhumanam, sicut alij, exhibuit: fides uero deitatis, dũ per creaturas, angelos, s. & stellam pastorum, Magis, Simeoni, Annæ; uirtus deitatis manifestatur.

In responsione ad tertium, collige uirtus Chrylostomi auctoritatem, quod ad literã miraculum uini fuit initium signorum Christi impliciter, & non limitate in illo loco. Et hoc optima rone litera probat ex uerbis Ioan. Baptiste: miraculum quippe uini factum est post baptismum Christi per annum secundum ecclesiasticam traditionem, tria mysteria uno die diuersis annis contingit se autem, s. Magorum adorationem, baptismum Christi, & conuersionem aquæ in uinum.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

L. 8. Physic. tex. 39. io. 2.

L. 1. de celo, tex. 32. to. 2.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hic ser. iustum & rationabile.

libet tempore manifestet seipsum, sed tempore congruo: dicitur enim Ecclesiast. 20. Est tacens non habens sensum loquelæ, & est tacens sciens tempus apti temporis. Sic ergo sapientia Christo data non fuit inutilis, quia seipsum tempore congruo manifestavit & hoc ipsum, quod tempore congruo abscondebatur, est sapientiæ indicium.

Non in Te. non longe a. 2. in. 10. 2.

AD TERTIVM dicendum, quod liber ille de infantia Saluatoris est apocryphus. Et Chryl. * dicit super Ioan. q. Christus non fecit miracula antequam aqua conuerteret in vinum, secundum illud quod dicitur Ioan. 2. Hoc fecit initium signorum Iesus. Si enim secundum primam ætatem miracula fecisset, non indignissimum Israelitæ alio manifestante eum, cum tamen Ioannes Baptista dicat Ioan. 1. Vt manifestetur in Israel, propterea veni in aqua baptizans. Decenter autem non incepit facere signa in prima ætate: existimassent enim phantasma esse incarnationem, & ante opportunum tempus cruci eum tradidissent, liquore liquefacti.

Super Questionis trigesima sexta Articulum quintum.

ARTICVLVS V.

Utrum natiuitas Christi debuerit per angelos & stellam manifestari.

Titulus minus explicat breuitatis causa, qua querit. Nam, ut patet in distinctione articuloꝝ in principio huius q. facta in litera, quintus articulus inquit per qualia debuerit manifestari, ubi patet non solum de angelis, ut hic explicatur, sed vniuersaliter de omnibus creaturis, per quas debuerit manifestari Christi natiuitas inquiri. Idem quoque euidenter apparet in processu articuli, ubi non solum quare per angelos pastoribus, sed diffule quoque, quare per stellam Magis, & per inspirationem interiore Simeoni & Annæ manifestata est Christi natiuitas, ratio redditur.

In corpore articuli vna est conclusio respõsua quesito: Christi natiuitas conuenienter manifestata est per angelos, stellam & inspirationem, pastoribus, iudeis, Magis, & iustis Simeoni & Annæ. Probat per primo: Manifestatio debet fieri per signa familiaria illis, quibus manifestatio fit, ergo conuenienter &c. Antecedens probatur ex simili de manifestatione syllogistica. Consequentia autem probatur, quia iustis, i. pfectis, familiare est per inspirationem, aliis corporalibus deditis per visibilia, & turis inter istos alios iudeis per angelorum visio-

RESPON. Dicendum, quod sicut manifestatio syllogistica fit per ea, quæ sunt magis nota ei, cui est aliquid manifestandum, ita manifestatio quæ fit per signa, debet fieri per ea, quæ sunt familiaria illis, quibus manifestatur. Manifestum est autem, quod viris iustis, est familiare & consuetum interiori Spiritu sancti in intellectu edoceri, absque signorum sensibiliu demonstratione. I. per spiritum prophetiæ. Alij vero corporalibus rebus deditis, per sensibilia ad intelligibilia adducuntur. iudei autem consueti erant diuina responsa per angelos accipere, per quos etiam legem acceperant, sicut illud Actuum. 7. Accepistis legem in dispositione angelorum. Gentiles vero & maxime astrologi consueti sunt stellarum cursus inspicere, & ideo iustis. i. Simeoni & Annæ, manifestata est Christi natiuitas per interiori Spiritu sancti, secundum illud Luc. 2. Responsum accepit Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum dñi. Pastoribus autem & Magistris quæ rebus corporalibus deditis, manifestata est Christi natiuitas per visibiles apparitiones. Et quia natiuitas non erat pure terrena, sed quodammodo celestis, ideo per signa celestia vtrisque, Christi natiuitas reuelatur, ut enim Aug. dicit in serm. de Epiph. Cœli angeli habitant, & sidera ornant: vtrisque ergo cœli enarrant gloriam Dei. Rationabiliter autem pastoribus tanquam iudeis, apud quos frequenter factæ sunt apparitiones angelorum, reuelata est natiuitas Christi per angelos. Magis autem assistens in consideratione celestium corporum, manifestata est per signum stellæ, quia (ut Chryl. dicit *) per conueta eos dominus vocare voluit, eis cõdescendens. Est autem alia ratio, quia ut Greg. dicit, iudeis tanquam ratione videntibus rationale animal. i. angelus predicare debuit. Gentiles vero, quia uti ratione nesciebant ad cognoscendum dominum, non per vocem, sed per signa perducuntur. Et sicut dominum iam loquentem annuntiauerunt gentilibus predicatoribus loquentes, ita eum nondum loquentem elementa muta predicauerunt. Est etiam & alia ratio, quia ut Aug. dicit in serm. Epiph. Abrahæ innumerabilis fuerat promissa successio non carnis semine, sed fidei fecunditate generanda. & ideo stellarum multitudinem est comparata, ut celestis progenies speraretur. & ideo Gentiles in sideribus designati, ortu noui sideris excitantur, ut perueniant ad Christum, per quem efficiuntur semen Abrahæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illud manifestatione indiget, quod de se est occultum: non autem illud, quod de se est manifestum. Caro autem eius, qui nascebatur, erat manifesta, sed diuinitas erat occulta. & ideo conuenienter manifestata est illa natiuitas per angelos, qui sunt Dei ministri: vnde & cum claritate angelus apparuit, ut ostenderetur, quod ille qui nascebatur, erat splendor paternæ gloriæ.

AD SECVNDVM dicendum, quod iusti non indigebant visibili apparitione angelorum, sed eis sufficiebat interiori instinctu Spiritu sancti per eorum perfectionem.

AD TERTIVM dicendum, quod stella natiuitatē Christi manifestas, oem occasionē erroris subtraxit. Vt enim Aug. * dicit de Faustū, nulli astrologi ira consuetunt

truerunt nascentium hominū fata sub stellis, ut ali-
quam stellarum, homine aliquo nato circuitus
sui ordinē reliquisset, & ad eum, qui natus est,
perrexisse assererent: sicut accidit circa stellā, quę
demonstravit natiuitatē Christi. & ideo per hoc
non confirmatur error eorum, qui fortē nascētū
hominum astrorum ordini colligari arbitrantur:
non autē credunt astrorum ordinem ad hominis
natiuitatē posse mutari. Similiter ēt, ut Chryl.* di-
cit, nō est hoc astronomiē opus, ā stellis scire eos
qui nascuntur, sed ab hora natiuitatis futura p̄di-
cere. Magi autem tempus natiuitatis non cogno-
uerunt, ut hinc sumentes initium, ā stellā mo-
tu futura cognoscerent: sed potius e conuerso.

AD QVARTVM dicendū, q̄ sicut Chryl.* refert,
in quibusdā scripturis apocryphis legitur, q̄ qdā
Eremita in extremo orientis iuxta Oceanū, scripturā
quamdam habebat ex nomine Seth, & de hac stella, &
numeris huiusmodi offerendis: quę gens diligē-
ter obseruabat huius stelle exortum, positus explo-
ratoribus duodecim, qui certis t̄pib. de nocte ascen-
debant in montē, in quo postmodū eā uiderunt,
habentem in se quasi paruuli formam, & super se
similitudinē crucis. Vel dicendum, q̄ sicut d̄r in
libro de Questionib. veter. & noui Testamenti. Ma-
gi illi. traditionem Balaam sequuntur, qui di-
xit, Orietur stella ex Iacob. Vnde uidentes stellam
extra ordinem mundi, hanc esse intellexerūt, quā
Balaam futuram indicem Regis Iudeorum pro-
phetauerat. Vel dicendū, sicut Aug.* dicit in ferm.
de Epiphania, q̄ ab angelis aliqua admonitione
reuelationis audierunt Magi, q̄ stella Christi nam
significaret, & probabile v̄r q̄ ā bonis, q̄ in
Christo adorando salus eorum iam querebatur.
Vel sicut Leo Papa ꝑ dicit in ferm. de Epiphania,
preter illam speciem, quę corporeū incitauit obtu-
rum, fulgentior ueritatis radius eorū corda per-
docuit, quod ad illuminationem fidei p̄tinebat.

A Xpi natiuitas Magis, q̄ pastorib.
ꝑ ꝑ Præt. Matth. 2. d̄r, q̄ Hero-
des occidit oēs pueros, q̄ erant
in bethleem, & in oib. finibus
eius, ā bimatu & infra, ꝑm t̄ps
quod exquiserat ā Magis. Et
sic ūr quod ꝑ duos annos post
Chri natiuitatē Magi ad Chri-
stum puenerint. in cōueniēter
igitur post t̄m t̄ps fuit gentilib.
Christi natiuitas manifesta.

B SED CONTRA est, quod dicit
Dan. 2. Ipse mutat tempora &
artates. & ita tempus manifesta-
tionis natiuitatis Christi uidei
congruo ordine esse dispositū.

RESPON. Dicendū, q̄ Chri
natiuitas primo quidē, manife-
stata est pastorib. ipso die nati-
uitatis Christi: ut. n. d̄r Luc. 2.
Erant in regione eadē uigilātes
& custodientes uigilias noctis
super gregē suum, & ut disces-
serunt ab eis angeli in celū,
loquebātur adinuicē, trāscamus
uicq; Bethleem, & uenerunt fes-
tinantes. Secundo autē, Magi ꝑ-
uenerunt ad Chri 13. die nati-
uitatis eius, quo die festū Epiphanię celebratur. Si
enim reuoluto anno, uel ēt duob. annis uenissent,
non inuenissent eum in Bethleem, cū scriptū sit
Luc. 2. q̄ postquā perfecerunt oīa ꝑm legem Dñi
(offerentes. ꝑ puerum Iesum in templum) reuersi
sunt in Galileam in ciuitatē suam Nazareth. Ter-
tiō, manifesta est iustus in tēplo quadagesimo
die ā natiuitate Christi, ut h̄r Luc. 2. Et huius ordi-
nis rō est, quia per pastores significantur Apostoli
& alij credentes ex Iudeis, quib. primo manifesta-
ta est fides Christi: inter quos non fuerunt multi
potentes, nec multi nobiles, ut d̄r 1. ad Corinth. 1.
Secundo autem, fides Christi peruenit ad plenu-
dinem gentium, quę est p̄figurata per Magos.
Tertiō autem, peruenit ad plenitudinem iudæo-
rum, quę est p̄figurata per iustos, unde & in tē-
plo iudæorum est eis Christus manifestatus.

C AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ sicut Apost. dicit
Rom. 9. Israel sectando legem iustitię, in legem iu-
stitię non peruenit: sed gentiles qui non querebāt
iustitiā, iudæos cōiter in iustitiā fidei p̄uenerunt.
& in huius figuram Simeon, qui expectabat
consolationem Israel, ultimo Christum natū co-
gnouit & preceserunt eum Magi & pastores, qui
Christi natiuitatem non ita solite expectabant.

E AD SECUNDVM dicendum, q̄ licet plenitudo
gētū prius intrauerit ad fidē, q̄ plenitudo iudæo-
rum: t̄m primitiā iudæorum puenerūt in fide
primitias gētū, & ideo pastorib. primo manifesta-
ta est Christi natiuitas, quā Magis.

AD TERTIVM dicendū, q̄ de apparitione stelle,
q̄ apparuit Magis, est duplex opinio. Chryl.* enim
super Matth. & Aug. ꝑ in ser. Epiph. dicunt q̄ stel-
la Magis apparuit ꝑ biennium ante Christi natiui-
tatē, & tunc p̄meditantes & se ad iter p̄paran-
tes, ā remotissimis partib. orientis puenerunt ad
Christum tertiadecima die ā sua natiuitate. Vnde
& Herodes statim post recessum Magorū, uidens
se ab eis illusum, mandauit occidi pueros ā bimatu
& infra, dubitans ne tunc Christus natus esset,
quā stella apparuit, secundum q̄ ā magis audierat.

stus) oblati est Do-
minus in templo, &
postea porratu a pa-
rentib. in Nazareth,
ubi Angelus dixit
ad Ioseph, Fuge in
Aegyptum: futu tim
est. n. vi. Herodes q̄-
rar puerum ad per-
dendum eum. Hoc
enim oportet fuisse,
postquam ex Ierusa-
lem uenerunt paren-
tes eius i Nazareth,
vt Lucas narrat: s. n.
ante fuisse, non uen-
nisset in Ierusalem,
nec inde in Naza-
reth. Vnde certum
relinquitur, q̄ non
statim Herodes læ-
uijt in pueros: sed i
certum est quanto
tempore post seque-
rit in eos. Satis ra-
tionabile est illud i-
pedimentum ex Ro-
mano itinere proue-
nisse, quia pro histo-
ria habeatur q̄ Ro-
mam iuerit ā filiis
accusatus.

Aug. in ser.
7. ante med.
& i alio ser.
de Epiph.
post ser. ad
fra. in hęc-
mo. to. 10.
Chryl. ho.
10. in Mart.
ante med.
1. 2.

Alij

ARTICVLVS VI.

*Vtrum natiuitas Christi ordine con-
uenienti fuerit manifesta.*

AD SEXTVM sic proceditur.
V̄r q̄ inconuenienti ordi-
ne Christi natiuitas fuerit ma-
nifestata. Illis. n. debuit primo
manifestari Christi natiuitas, q̄
Chro propinquiores fuerunt,
& qui magis Christū desidera-
bant, ꝑm illud Sap. 6. Præoccu-
pat eos, qui se cōcupiscunt, ut
ie priorem illis ostendar: sed iu-
sti propinquissimi erāt Chro
ꝑ fidem, & maxime eius aduē-
tū desiderabāt, unde d̄r Luc. 2.
de Simeone, q̄ erat homo iu-
stus & timoratus, expectans re-
demptionē Israel. ergo pri^o de-
buit manifestari Chri natiuitas
Simeoni, q̄ pastorib. uel Magis.
ꝑ ꝑ Præt. Secundum Aug.* Ma-
gi fuerunt primitiā gentium
Christo crediturā: sed primo
plenitudo gentium intrat ad fi-
dem, & postmodum omnis Is-
rael saluus fiet, ut d̄r Rom. 11.
ergo primo debuit manifestari

*Saper Quæstionis
36. Ar. sextum.*

Tritulus de ordi-
ne temporis q̄-
re, quo prius pasto-
rum deinde Magis,
denum Simeoni &
Annę manifesta-
ta est Chri natiuitas.
¶ In corpore Aucto-
ris duo facit: primo or-
dinem manifestatio-
nis ex Euangelij
auctoritate aperit, i.
quod ipso die nati-
uitatis pastoribus, ter-
tiadecima die Ma-
gis, quadagesima Si-
meoni & Annę. Sec-
undo rationem re-
didit optimam ex
significatis. Omnia
clara sunt in litera.
¶ In responsione ad
tertium, de tempe-
re occisionis Inno-
centium multum cō-
stat, Ex Euangelio
liquidem habetur q̄
non statim occisi
sunt: nam post ado-
rationem Magorum
in domo diuersoria
morā Bethleem (in
qua natus est Chri-

Homil. 4. in
Matth. 2. p.
c. 1. p. 10.

Homil. 2. in
Matth. 2. p.
c. 1. p. 10.

In lib. q̄
mon. 2. p.
c. 1. p. 10.

In dem.
q̄ 6. p.
c. 1. p. 10.

In ser.
p̄m. p.
c. 1. p. 10.

Homil. 6.
Matth. 2.
p. c. 1. p. 10.

In ser.
de Epiph.
c. 1. p. 10.

Alij vero dicunt stellā apparuisse primo, cum Chrs natus est, & statim Magi uisa stella iter arripientes, longissimum iter in tredecim dieb. peregerūt: partim quidē adiuta diuina uirtute, partim autē dromedariorū uelocitate: & hoc dico, si uenerunt ex extremis partib. orientis. Quidā tñ dicunt, eos uenisse de regione propinqua, unde fuerat Baalam, cuius doctrinā sectatores fuerunt. Dicuntur autē ab oriente uenisse, quia terra illa est ad orientalem partem terra iudaeorum. Et fm hoc, Herodes non statim recedentib. Magis: sed post biennium pueros interfecit: uel quia dñ interim accusatus Romam iussit, uel aliquorum periculorū terrorib. agitatus, à cura interficiēdi puerū interim desistit: uel quia potuit credere Magos fallacis stelle uisione deceptos, postquā non inuenerunt quē natū putauerunt, erubuisse ad se redire, ut Aug. * dicit in lib. de Consensu Euangelistarum. Ideo autē non solū bimos pueros interfecit: sed etiam infra, quia (ut Aug. dicit in quodam sermone Innocentium) timebat ne puer cui sidera famulant, speciē suam paulo supra etatem, uel infra transformaret.

Lib. 2. c. 11. inter med. & h. co. 4.

Super Questionis 33. Art. septimum.

Opus. 60. c. 7. Et Mar. 2. 29. 4.

In ser. 2. Epiph. qui est 30. in ord. ne & ser. 3. eiusdem festi. to. 10.

Lib. 2. c. 5. a med. to. 6.

Hon. 5. post medium primi folia pal. cip. ho. t. 2.

ARTICVLVS VII. Vtrum stella que Magis apparuit, fuerit una de celestibus stellis.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Vt q stella que magis apparuit, fuerit una de celestibus stellis. Dicit enim Aug. in quodam sermone Epiphanię, Dum pendet ad ubera, & uiliū patitur Deus in uolumenta pānorum, repente nouum de celo sidus effulsit. Fuit igitur stella celestis, que Magis apparuit. ¶ 2. Pręf. Aug. * dicit i sermone quodam Epiphanię: Pastorib. angeli, Magis stella Christiū demonstrat. utriusque loquitur lingua cęlorum, quia lingua cęfauit prophetarum: sed angeli pastoribus apparentes, fuerunt uere de celestibus angelis. ergo & stella magis apparsens, fuit uere de celestibus stellis.

¶ 3. Pręf. Stella que non sunt in celo, sed in aere, dicuntur stellę cometę, que non apparent in natiuitatibus regum: sed magis sunt indicia mortis eorum: sed illa stella designabat Regis natiuitatem, unde Magi dicunt Mat. 2. Vbi est qui natus est Rex iudaeorum? uidimus. n. stellam eius in oriente. ergo uidetur q fuerit de celestibus stellis. **S**ED CONTRA est, qd Aug. * dicit in lib. 2. cōtra Faustū: Nō ex illis erat stellis, quę ab initio creaturę, itinerum suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt: sed nouo uirginis partu, nouum sidus apparuit.

RESPON. Dicendū, q sicut Chryf. * dicit super Matt. q illa stella, quę Magis apparuit, non fuerit una celestium stellarū, multipliciter manifestū est. Primū quidē, quia nulla alia stellarū hac via incedit: hac. n. stella ferebatur à septentrione in meridiē: ita. n. Iudęa iacet ad Perfidem, unde Magi ue-

Fnerunt. Secundū, apparet hoc ex tpe: non. n. solū apparebat in nocte, sed et in media die, quod nō est uirtutis stella: sed nec et luna. Tertio, quia quęque apparebat, & quę occultabatur. Cum. n. intrauerunt Hierosolymā, occultauit seipsam, & deinde ubi Herodē reliquerunt, seipsam mōstrauit. Quarta, quia non habebat continuū motum: sed cum oportebat ire Magos, ibat: cū oportebat stare, stabat, sicut & de colūna nubis erat in deserto. Quinta, quia non furtim manens, partū Virginis demōstrabat: sed deorsum descendens, hoc faciebat. Dñ. n. Mat. 2. q stella, quā uiderant Magi in oriente, antecedebat eos, usq; dñ ueniens staret supra ubi erat puer. Ex quo patet, q uerbū Magorū dicētiū, Vidimus stellā eius in oriente, nō est sic intelligendū, quasi ipsis in oriente positis, stella apparuerit existēs in terra Iudęa, sed quā uiderūt eā in oriente existentē, & pcessit eos usq; in iudęā, Quis hoc à quibsdā sub dubio relinquat. Nō autē potuisset distinde domū demōstrare, nisi esset terre uicina. Et sicut ipse dicit, hoc nō uē propriū stelle: sed uirtutis rōnalis cuiusdam. Vnd uē hec stella uirtutis inuisibilis fuisse in talē apparentiā transformata. Vnde quidā dicitur, q sicut Spiritus sanctus descendit sup baptizatū Dñm, in specie columbe, ita apparuit Magis in specie stelle. Alij uero dñt, q angelus, q apparuit pastorib. i humana specie, apparuit magis in specie stelle. Probabilius tñ uē, q fuerit stella de nouo creata, nō in celo, sed in aere uicino terre, q fm diuinā uoluntatē mouebat. Vnde Leo Papa dicit in ser. * Epiph. Trib. Magis in regione orientis, stella nouę claritatis apparuit, q illustrior ceteris, pulchriorq; siderib. in se intuentium oculos animosq; conuerteret, ut cōfestim aduerteret, non esse otiosum, quod tam insolitū uidebatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cęlum in sacra scriptura quandoque dicitur aer, secundum illud, Volucres cęli, & pisces maris.

AD SECUNDUM dicendum, quod ipsi angeli celestes ex suo officio habent, ut ad nos descendant in ministerium missi: sed stelle celestes suum situm non mutant. Vnde non est similis ratio.

AD TERTIUM dicendum, q sicut stella illa non est secuta modū stellarū celestium, ita nec et stellarū cometarū, quę nec de die apparent, nec cursum ordinatum mutant. Et tñ non or. in. no. aberat significatio cometarum, quia celeste regnū Christi comminuit, & consumit uniuersa regna terre, & ipsum stabit in æternum, ut dicitur Dan. 2.

ARTICVLVS VIII. Vtrum Magi conuenienter adorandum uenerint.

AD OCTAVUM sic proceditur. Vt q Magi non conuenienter ad Christum uenerādū uenerint. vnicuiq; n. Regi reuerētia debet a suis subiectis: Magi autē nō erāt de regno iudeorū, ergo cū ex uisione stelle cognouerūt natū esse Regem iudeorū, uē quod inconuenienter uenerint ad eum adorandum.

¶ 2. Pręf. Stultum est uiuente rege aliquo, extraneum regem annuntiare: sed in regno Iudęę regnabat Herodes. ergo stulte fecerūt Magi, alterius regis natiuitatem annuntiantes.

Super Questionis 36. Art. octauum.

In corpore vnica conclusio: Credendū est Magos à Spiritu sancto inspiratos sapienter Christum adorasse. Probat: Magi sunt primitię Gentium in Christum credentium. ergo credendū est &c. Antecedens manifestatur: quia in ipsis sicut in quodam prælagio fides deuotioq; gentium à remotis ad Christum

Mat. 2. 11.

In corpore vnica conclusio: Credendū est Magos à Spiritu sancto inspiratos sapienter Christum adorasse. Probat: Magi sunt primitię Gentium in Christum credentium. ergo credendū est &c. Antecedens manifestatur: quia in ipsis sicut in quodam prælagio fides deuotioq; gentium à remotis ad Christum

num uenientiu mon- strabant. Consequen- tia probatur: qui si- cut fides denotio que gentium est absque errore per inspiratio- nem Spiritu sancti ita &c.

¶ Præter. Certius est celeste indi- cium, quàm indicium humanu: sed Magi ducatu celestis indicij ab oriente venerant in Iudæam. Stulte ergo egerunt, præter du- catum stellæ, humanum indicium requirêdo, dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?

¶ Præter. Munerum oblatio & adorationis reueren- tia, non debetur nisi regibus iam regnantibus: sed Magi non inuenerunt Christum regia dignitate sul- gentem, ergo inconuenienter ei munera & reuerê- tiam regiam exhibuerunt.

Sed contra est, quòd dicitur Isâ. 60. Ambula- bunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore or- tui tui sed qui diuino lumine dicuntur, non errât, ergo Magi absque errore Christo reuerentiam ex- hibuerunt.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, * Magi sunt primitiæ gentium in Christum creden- tium, in quibus apparuit sicut in quodam prælagio fides, & deuotio gentium uenientium a remotis ad Christum: & ideo sicut deuotio & fides gètium est absque errore per inspirationem Spiritu sancti, ita etiam credendum est, Magos a Spiritu sancto inspi- ratos, sapienter Christo reuerentiam exhibuisse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Aug. * dicit in sermone Epiphaniæ, cum multi reges Iudæorū nati fuissent atque defuncti, nullum eorū Magi ado- randum quæsierunt. Non itaque regi Iudæorū, qua- les illic esse solebant, hunc tam magnum honorê leginqui, alienigenæ, & ab eodê regno profus ex- tranei, a se deberi arbitrabantur: sed talem natū ef- se didicerunt, in quo adorandum, se salutê, quæ seculum Dei est, consecuturos minime dubitauerūt.

AD SECUNDVM dicendum, quod per illâ annuntiatio- nê Magorū, signabatur constantia gentiū, Christū ubi ad mortem confitentium. Vnde Chryl. ¶ dicit super Matth. quod dum considerabant regem futurū, non timebant regem præsentem, adhuc non uide- rant Christum, & iam parati erant pro eo mori.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Aug. * dicit in ser- mo Epiphaniæ, Stella quæ magos perduxit ad locum, ubi erat cum matre Virgine Deus infans, poterat eos ad ipsam perducere ciuitatê Bethleem, in qua natus est Christus: sed tamê subtraxit se, donêc de ci- uitate, in qua Christus nasceretur, etiâ iudei testimo- nium perhiberent, ut sic geminato testimonio cõ- firmati, sicut Leo Papa * dicit, attentioni fide expe- teret, quæ & stellæ claritas & prophetiæ manifesta- bat auctoritas. Et ita ipsi annuntiant iudæis Christi natiuitatê & interrogant locum, credunt & quunt, tamquàm significantes eos, qui ambulant per fidê, & desiderât speciê, ut Aug. dicit * in sermo. epipha- niæ. Iudæi autē indicantes eis locum natiuitatis Chri- sti, similes facti sunt fabris arcæ Noë, quæ alijs ubi eua- derent præstiterunt, & ipsi diluuii pericrūt. Audie- runt & abierūt inquisitores, dixerūt, & remâserunt doctores similes lapidibus miliarijs, qui uiam osten- dunt, nec ambulant. Diuino etiam nutu factum est, ut aspectu stellæ subtracto, Magi humano sensu in Hierusalem irent, quærentes in ciuitate regia regê natum, ut in Hierusalem primo Christi natiuitas pu- blice annuntiaretur, secundum illud Isâ. 2. De Sion exiit lex, & uerbum domini de Hierusalem, & ut etiam studio Magorum de longe uenientium, dam- naretur iudæorum pigritia prope existentium.

A AD QVARTVM dicendum, quòd sicut Chryl. * dicit super Matth. Si Magi terrenum regê quæren- tes uenissent, fuissent confusi: quia tanti itineris la- bore sine causa suscepissent, unde nec adorassent, nec munera obtulissent. Nunc autem, quia celestê regem quærebant, etsi nihil regalis excellētæ in eo uiderent, tamen solius stellæ testimonio cõtenti eũ adorauerunt: uident enim hominem & agnoscunt Deum: & offerunt munera dignitati Christi con- gruentia: aurum quidem, quali regi magno, thus quod in Dei sacrificio ponitur, immolat ut Deo: myrrha, qua mortuorum corpora condiuntur, præ- betur tamquàm pro salute omnium mortuorum. In quo etiam, ut Greg. * dicit, instrumur, ut nato regi aurū, per quod significatur sapientia, offeramus, in conspectu eius, sapientiæ lumine splendêtes: thus autem, per quod exprimitur orationis deuotio, of- ferimus Deo, si per orationum studia Deo redole- re ualeamus: myrrham autem, quæ significat mor- tificationê carnis, offerimus, si carnis uitia per ab- stinentiam mortificemus.

Homil. 2. in Mat. in ore imp. super illud, Et in tra. do. 10. 2.

Homil. 10. in euang. post me. illius,

QVAESTIO XXXVII.

¶ Super Quæstionē trigésimaseptimâ Articulum primū.

De legalibus circa puerum Iesum ob- seruatis, in quatuor artic- los diuisa.

C DEINDE consideran- dum est, de circūcisi- one Christi. Et quia cir- cūcisiō est quadâ pro- fessio legis obseruandæ, secun- dum illud Gala. 5. Testificor om- ni homini circūcidenti se, quon- iam debitor est uniuersæ legis faciendæ: simul cum hoc quærê- dum est, de alijs legalibus circa puerum Iesum obseruatis.

Vnde quærentur quatuor. ¶ Primò, De eius circūcisiōne. ¶ Secundò, De nominis impo- sitione.

¶ Tertio, De eius oblatione. ¶ Quarto, De matris purga- tione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum Christus debuerit circūcidi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non de- buerit circūcidi. Veniêre. n. uer- sitate, cessât figura: sed circūci- sio fuit Abrahæ præcepta, in si- gnū fœderis, quod erat de semine nascituro, ut patet Gen. 17. Hoc autem fœdus fuit in Christi na- tiuitate completum. ergo cir- cūcisiō statim cessare debuit.

¶ 2 Præter. Omnis Christi actio, nostra est instructio: unde dicit Io. 13. Exêplū dedi uobis, ut quæ- admodū ego feci, ita & uos faciatis: sed nos non debemus cir- cūcidi, secundum illud Gal. 5. Si circūcidimini, Christus uobis ni- hil proderit, ergo uidetur quod nec

Tertius s. Thomæ,

Tertius clarus est. ¶ In corpore unica conclusio: Chri- stus debuit circūcidi. Probatur septem rationibus, quæ clare patent in litera.

¶ In responsione ad secundum, ubi de imitatione Christi, quo ad circūcisiō- nem corpore agitur, dubium occurrit de circūcisiōne, Chri- stianorum indorum, dicentium se circū- cidi ut conformen- tur Christo, an sit li- cita. Videatur enim quod non. Primo, ex auctoritate Apo- stoli, Si circūcidi- mini, Christus nihil uobis proderit, ad Gala. 5. & ex aucto- ritate ecclesiæ, quæ in Concilio Florent. sub Eugenio IIII. infra q. 40. art. 1. cor. 11. determinauit circū- cisiōnem, & alia le- galia, post publica- tionem euangelij ef- se non solum morta- lia, sed mortifera. Secundo, quia circū- cisiō facta ad imita- tionem Christi, non effugit quin fiat etiâ ad imitationem Abra- hæ & iudæorū: quo- niam quicquid fit ad imitationem imi- tantis tertium, fit ad imitationem il- lius tertij, ergo per hoc circūcisiō facta ad imitationem Christi est circūci- sio legalis. Et con-

infra q. 40. art. 1. cor. 11. 2. art. 2. q. 3. Et opus. 60. cap. 5.

R. firmatur,